

Año 21. Juéves 31 Agosto de 1882. Núm. 510.



# BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIII.

*Litteræ apostolicæ de Missæ sacrificio in singulos dies  
festos pro populo ab omnibus catholici orbis  
Episcopis celebrando (1).*

LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM DEI MEMORIAM.

In suprema rei christianæ procuratione, beato Petro Apostolorum principi eiusdem successoribus divinitus data, illud Romanos Pontifices summa vigilancia providere necesse est, ut omnes sacrorum ministri curam animarum gerentes sui muneric officia, ex quibus commune Ecclesiae bonum magnopere pendet, studiose et accurate exerceant. —In iis autem eminent sacrosanctum Missæ sacrificium, pro salute populi cui quisque praeest, nominatim faciendum, cuius vim officii Patres Tridentini ex praecepto divino proficiisci tradiderunt (2). Quapropter ne quis in ea re delinqueret, Benedictus XIV Decessor Nos-

(1) Aunque las Letras Apostólicas *In suprema* se refieren directamente á los Obispos y Prelados con territorio exento, interesa, sin embargo, tambien á los Párrocos, y en general, al Clero, el conocimiento de la doctrina que contienen: por esto se insertan.

(2) Sesss. xxiv, cap. 1 de *Reform.*

ter, editis Apostolicis Litteris *Cum semper oblatas* die XIX Augusti an. MDCCXLIV, edixit omnes et singulos, qui in aliqua Parochiali Ecclesia quocumque titulo animarum curam gererent, in singulis Dominicis aliisque diebus festis «non modo sacrificium Missae celebrare, sed etiam illius fructum medium pro populo sibi commisso applicare debere: nec illud pro aliis applicare, aut pro huiusmodi applicatione eleemosynam percipere posse.» — Quibus quidem in litteris aperta Episcoporum mentio nulla est: nihilominus dubitari non potest, quin Pontifex sapientissimus quod de Parochis tam graviter praecipiebat, idem de maioribus animarum pastoribus intelligi tacite saltem et oblique voluerit. Idque multo veri similius apparet ex eo, quod proximus eius successor Clemens XIII in hoc eodem genere exposuit et declaravit. Is enim in Litteris Encyclicis *A quo die* post. Id. Septemb. an. MDCCCLVIII datis, cum multa de episcopali munere perfuntione dixisset, illud etiam adiecit, sacram pro populo peragere *crebro*. Episcopos oportere, de se deque Venerabilibus Fratribus suis in hanc sententiam locutus: cum non nostras tantummodo curare debeamus infirmitates, sed etiam putare aliorum mala ad nos pertinere et ea aequre habere ac nostra, vehementius diutiusque intendenda nobis ad Dominum nostra est oratio, qua, tamquam Ecclesiae fidelium interpres, omnium fidem, spem et charitatem ante oculos Domini statuentes, quod omnibus in universum quodque cuique fidelium opus est, a Domino impetremus. Dei autem exorandi viam nobis muniet, et quidvis adipiscendi etiam aperiet augustissimum Eucharistiae sacrificium. Idcirco vel maximis nostri muneris occupationibus etiam implicati, sacrosanctum Iesu Christi Corpus et Sanguinem non recusabimus quomodo frequenter Deo offeramus, nullumque malus putemus nobis datum esse negotium, quam crebro placationis hostiam pro nostris populique peccatis Deo Patri immolare.»

Haec Decessor ille Noster non minus sapienter quam pie.—Verum quibus Episcopi diebus perlitare pro populo

debeant, nihil ille constituit: ex quo factum est, ut inter doctores catholicos atque etiam inter ipsos Episcopos de officio conveniret, de diebus discreparet. Cumque hanc opinionum varietatem Romanae Congregationes Nostrae ad hanc diem minime sustulerint, non eadem ubique extitit disciplina, sed varia in locis variis consuetudo. Nunc vero Episcopi plures, omnem haesitationis caussam sibi penitus eximi cupientes, significarunt avere se et orare, ut de ipsis diebus Sedis Apostolicae auctoritate decernatur, lata lege, cui omnes in reliquum tempus obtemperent.—Igitur cum nihil Nobis tam curae sit, quam publica christianorum utilitas ut rerum sacrarum aequabilis in omnibus locis disciplina, simulque velimus Venerabilibus Fratribus nostris Episcopis, praesertim tam aequa postulantibus, satis facere, nihil differendum ducimus, quin de ea re pro potestate Nostra statuamus ac iudicemus.

Generatim vero et universe officium istud episcopale, de quo loquimur, non est difficile cognoscere quam sit sacris litteris consentaneum, et praeteritorum temporum memoria testamentum. Quae enim loca caussas rationesque suppeditant, cur generatim quodquod sunt animarum pastores fundere preces sacrumque facere debeant pro populo quem regunt; ex iisdem locis efficitur, idem plane esse officium Episcoporum: sunt enim Episcopi in munere pastorali principes. Sic à primo Ecclesiae ortu rerum externalium administrationem deponere Apostoli properaverunt, quo sibi commodius *orationi et ministerio verbi* insistere licet (1). Et Paulus ad Colossenses de se ipso *Non cessamus*, inquit, *pro vobis orantes et postulantés ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali* (2). Et ad Philippenses; *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum*

(1) Act. vi, 4 et seq.

(2) Ad Coloss. i, 9.

*gaudio deprecationem faciens* (1). Et ad hanc deprecationem, in qua Paulus cum gaudio et gratias agens Deo semper haerebat, non est dubium, quin sacrificium Eucharisticum adhiberet, quod est praestantissimum preicationis genus, et cuius ille potissimum caussa pontifices christianos testabatur esse constitutos. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* (2).

Quemadmodum vero ex his locis perspicuum est, omnino Episcopos debere rem divinam pro salute populi saepe facere, ita facile intelligitur quam deceat, immo quam oporteat in diebus festis singulis facere.—Etenim festi dies singulari quadam ratione religioni addicti et consecrati sunt: per eosque, assueti intermissione laboris, christianis praecipitur plus operae iis rebus tribuere, quae ad excolendum expiandumque animum pertinent; maxime vero augustissimo sacrificio interesse, quo creatori et gubernatori rerum omnium Deo debitum latriae cultum adhibeant. Quamobrem ipsa videtur dierum festorum sanctitas postulare, ut Episcopi, Ecclesiae sibi commissae custodes et principes, sanctissimum Missae sacrificium pro populo offerant Deo, «quo tamquam Ecclesiae fidelium interpretes, omnium fidem, spem et charitatem, ante oculos Domini statuentes, quod omnibus in universum, quodque cuique fidelium opus est à Domino impetrant.»

Huius disciplinae probe opportunitatem utilitatemque viderant Episcopi veteres, qui summa cum religione sacrificandi munus per dies festos semper usurpaverunt. Quod sane complura christianarum antiquitatum monumenta confirmant: et in iis commemorandum videtur S. Iustini M. testimonium ex *Apologia I ad Antoninum Pium* (3): in qua posteaquam nitide declarasset, conse-

(1) *Ad Philip. I, 3-4.*

(2) *Ad Heb. V, 1.*

(3) In edit. Maurin pág. 83, n. 61.

cratum in Eucharistico Sacrificio panem et vinum «non ut communem cibum et potum sumi» à christianis, sed ut «incarnati Iesu carnem et sanguinem,» quemadmodum «Apostoli in commentariis suis, quae vocantur Evangelia, tradiderunt,» mox graphicè describit rationem totam unde ab initio Ecclesia catholica, per oblationem huius Eucharistici Sacrificii, solemnem cultum Deo optimo maximo exhibere consuevit Dominico quoque die, quem gentiles *diem solis* appellabant, ethnicum Imperatorem his verbis allocutus: «Ac solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eundem locum fit conventus, et commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector desiit, is qui praeest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam praeclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus et preces emittimus: atque, ut iam diximus, ubi desimus precari, panis affertur et vinum et aqua: et qui praeest preces et gratiarum actiones totis viribus emittit, et populus acclamat, *Amen*, et eorum, in quibus gratiae actae sunt, distributio fit communicatio unicuique praesentium, et absentibus per Diaconos mittitur.» Quod vero S. Iustinus per ea verba *qui praeest* non semel prolata designet hoc loco praesertim Episcopos, in ambiguo esse non sinunt tot illae quae supersunt sanctorum Ecclesiae Patrum orationes seu Homiliae, quas *inter Missarum solemnia* constat esse pro concione recitatas. Sic S. Gregorius M. (1) «quia, inquit, Missarum solemnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de evangelica lectione non possumus.» Immo in hac re tam constans disciplina tenuerat, ut si forte diebus festis à christianorum conventu abfuisset Episcopus; item si concionem habere aut divinam hostiam litare praetermisisset, novitatem et insolentiam rei haud secus mirarentur omnes (2), quam si diebus iuri dicendo statutis vacuum tribunal, vacua iudicium subsellia cernerentur. Sa-

(1) Hom. viii in Evang.

(2) S. Io. Chrysostomus Hom. I de incomprehensibili Dei natura,

cris autem in dies festos operante Episcopo, *communis sacrificii* oblatio fieri dicebatur (3): cuius appellationis ea profecto vis est, ut satis significet, praesente populo et pro populo Sacrificium fieri consueuisse.—Huc aliud etiam spectat, quod erat in more positum Pontificum Romanorum: ii quippe Dominicis diebus, peracto Sacrificio, quidpiam *consecratorum munera* mittere ad singulos Urbis Titulos, seu curialia templa solebant, quibus in locis una cum inferioribus animarum pastoribus multitudo adesset, quae adesse Pontifici maximo sacrificanti non potuisset. Quae quidem consecratorum munera pars communis sermone *fermentum* appellata ob hanc causam censetur, quod sicut modicum fermentum totam, cui iniicitur, farinae massam conglutinat atque attollit, ita mystico illo quasi fermento populus Urbanus universus in unum veluti corpus coalesceret, ut singuli secum Pontifice maximo fide et charitate coniunctos, et sacrificii, quod ille faceret, participes esse sentirent (4).

Quod si mutata hodie consuetudine, nequaquam singularis diebus festis coram multitudine Episcopi sacrum faciunt, facere tamen pro populo necesse est. Revera Patres Tridentini, qui hoc officium ex praecepto divino repetunt (5), cum deinceps (6) iubent Episcopos curare ut omnes Presbyteri «saltem diebus Dominicis et festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut suo muneri satisfaciant Missas celebrent,» eos profecto tacite monuerunt, ne officio iusto ac debito, quod ab inferioribus animarum pastoribus exigent, ipsi deessent. Quapropter in Concilio Provinciali Mediolanensi I, cui maxime proposita erat decretorum Tridentinorum promulgatio, praesentibus et suffragia fe-

(1) Concil. I Prov. Mechlinien. Tit. de Epis.

(2) Cfr. B. Ios. M. Thomassii Card. Opusc. vi in edit. Rom. Omnia Opp. Tom. vii, pag. 51 seqq. Cfr. etiam Augustini Orsi Card. Hist. Eccl. Lib. xxxi, n. 58.

(3) Sess. xxiii, *De Reforma*, c. 1.

(4) Ead. Sess. c. 14.

rentibus iis ipsis Episcopis, qui paulo ante ad sedes suas Tridento reverterant (1), constitutum est: «Cum Pontifices, ut inquit Apostolus, ex hominibus assumpti pro hominibus constituantur in iis quae sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis, Episcopus Dominicis et aliis festis diebus, nisi iure impediatur, Missam celebret (2).»

Quapropter mirum videri non debet, si Theologiae moralis et iuris pontificii doctorum una fere sententia est, officium celebrandi Missam pro populo maiore ratione ad Episcopos, quam ad Parochos pertinere. Omnia loco sit S. Alphonsi De Ligorio, Ecclesiae Doctoris, auctoritas: «Si autem Parochi, et omnes quibus cura animarum commissa est, tenentur in Dominicis et festis de pracepto Missam celebrare et applicare pro populo, tanto magis ad id tenentur Episcopi tanquam principaliores animarum pastores (3).» Cuius doctrinae ratio in eo maxime consistit, quod cum Parochi auctoritate ecclesiastica instituti sint, eorum officium ex iure divino, quod *mediatum* et *hypotheticum* vocant, proficiscitur. Contra vero ad Episcopos pastorale munus *immediate* pertinet, quippe quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei: pertinet etiam *principaliter*, quia inest in eis perfecta et plena cura pastoralis, cuius partem dumtaxat Parochi exercent, Ecclesiae auctoritate sibi demandatam. Quod sane praeclare S. Thomas his verbis complectitur: «Episcopi principaliter habent curam ovium suae dioecesis: presbyteri autem curati habent alias subministrations sub Episcopis.» id est «secundum quod eis ab Episcopo committitur (4).»

His itaque omnibus diu multumque consideratis, auditisque Venerabilium Fratum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sententiis, de-

(1) Cfr. Orationem a S. Carolo Borromeo habitam.

(2) Tit. de frequenti divini Sacrificii oblatione.

(3) Theod. Moral., lib. vi. num. 326.

(4) 2. 2. q. 184, art. 6 ad 2 et 3. Vide etiam opusc. xix, cap. 4.

cernimus et declaramus, omnes et singulos Episcopos, quacumque dignitate, etiam Cardinalia, auctos, item Abbates iurisdictionem quasi episcopalem in Clerum et populum cum territorio separato habentes, in dominicis aliisque festis diebus, qui ex praeecepto adhuc servantur, et qui ex dierum de praeecepto festorum numero sublati sunt, omni exiguitatis redditum excusatione aut alia quavis exceptione remota, ad Missam pro populo sibi commisso celebrandam et applicandam teneri.

Et ne cui dubitationi aditus pateat, declaramus, eosdem Episcopos et Abbates huic officio satis esse facturos per celebrationem et applicationem unius Missae pro universo populo sibi commisso, etiamsi duas vel plures Dioeceses et Abbatias aequo principaliter unitas regant. Novimus quidem Romanas Congregationes Nostras aliud decrevisse de Parochis duas vel plures parochiales Ecclesias aequo principaliter unitas gerentibus: in quibus singulis singulae per dies festos Missae celebrentur et pro populo applicantur necesse est. Sed alia est Parochorum, alia Episcoporum ratio. Etenim cum cuique Parochio specialis in unaquaque Parochia ac definita populi cura commissa sit, festis diebus Parochus non modo celebrare pro populo debet, sed etiam in parochiale templum populum admittere, ut sacrosancto Missae sacrificio intersit, et audiat verbum Dei, et sacramenta pro opportunitate recipiat, et iis omnibus officiis excolatur, quae diebus praesertim Dominicis aliisque festis praestanda sunt. At non haec valere possunt pro Episcopis, qui dissimili in conditione et causa versantur, cum nulla lege hodie iubeantur omnibus diebus festis sanctum Sacrificium in Cathedrali templo peragere.

Quamquam vero minime necessarium, opportunum tamen ducimus declarare, ea quae supra constituta sunt, ad Episcopos non spectare, qui *Titulares* dicuntur, qui que ad dignitatem episcopalem promoti, ideo a Romano Pontifice titulo decorantur Ecclesiarum Cathedralium, quae olim florentes, nunc Clero populoque catholico des-

tituuntur, ne scilicet antiqua earum dignitas et memoria penitus deleatur. Cum enim ipsi sedium suarum possessionem non capiant, qua dumtaxat suscepta munus, de quo diximus, Episcopi implere tenentur (1), cumque nullus neque Clerus neque populus eorum regimini tradatur, satis constat, eos iti carent usu atque exercitio potestatis ex episcopali consecratione acceptae, ita etiam haud esse officiis atque oneribus curae episcopalnis obnoxios. Sed tamen si aequitatis caritatisque episcopalnis ratio habeatur, non potest non consentaneum videri, eos etiam interdum sacrificium offerre, ut respiciat Deus miseram Ecclesiarum illarum conditionem, quarum titulo et nomine ipsi honestantur. Huic rei optime congruunt quae a Pio VI Decessore in consecratione Episcopi Cyrenensis die IV Octobris an. MDCCLXXVIII in Basilica Ostiensi dicta sunt: cum scilicet enumerans caussas ob quas Apostolica Sedes Ecclesias etiam ab infidelibus occupatas conferre solet, «oportere, inquit, aliquem existere cui singulariter incumbat, si non regere captivam illam miseri gregis portionem, preces saltem ac lacrymas pro eadem ad misericordiarum Patrem assidue effundere.»

Volumus autem praesentes Litteras, omniaque et singula in iis contenta inviolabiter observari, et de subrepotionis, obreptionis, aut cuiuscumque invaliditatis vitio intentionisque Nostrae et quocumque alio defectu a quoquam notari, impugnari, vel in controversiam vocari nullo unquam tempore posse; sublata cuilibet aliter de his iudicandi et definiendi potestate: et quidquid secus super his contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam in generalibus Conciliis editis, nec non Cancellariae Apostolicae regulis, statutis quoque etiam iuratis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, atque indultis etiam Apostolicis quomodolibet hactenus concessis, ceterisque contrariis quibuscumque. Atque hae Litterae Romae publicatae perinde habeantur ac si unicui-

---

(1) S. C. Rit. in Marsor. 12 Nov. 1831.

que eorum, quos concernunt, personaliter intimatae et notificatae fuissent.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrarum Ordinationum et Constitutionum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo octuagesimo secundo, IV Id. Iunii, Pontificatus Nostri Anno V.—C. Card. Saccioni. Pro-Datarius. Th. Card. Mertel. Visa De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus.—Loco ~~XX~~ Plumbi.—Reg. in Secret. Brevium.—I. Cugnonius.

### REAL ORDEN

*sobre la distribucion de las tres quintas partes  
del producto del Indulto cuadragesimal.*

Excmo. Sr: Vista la reclamacion de V. E. pidiendo primero, que se establezcan reglas seguras sobre la facultad de los Reverendos Prelados para la aplicacion de las tres quintas partes del producto del indulto cuadragesimal que con arreglo al articulo 40 del Concordato han de distribuirse entre los Establecimientos de Beneficencia; segundo, que se derogue la circular expedida por la Ordenacion de Pagos por obligaciones de este Ministerio en 31 de Diciembre de 1874 que dispone que aquellas tres quintas partes solo deben distribuirse entre los Establecimientos publicos de Beneficencia, tercero, que en su consecuencia se aprueben las cuentas detenidas por el solo reparo de falta de cumplimiento de aquella circular, y cuarto, que se apruebe la forma que V. E. propone en que han de rendirse las cuentas de cantidades entregadas á los Establecimientos benéficos.

Considerando que ni el articulo 40 del Concordato de

1851, ni el Real decreto concordado de 8 Enero de 1852 que establece la forma de distribuirse los productos del Indulto cuadragesimal, ni el Real decreto, tambien concordado de 18 de Octubre de 1875, se hace distincion alguna de si han de ser públicos ó particulares los Establecimientos de Beneficencia á los que se ha de aplicar los productos mencionados:

Considerando que no hay posibilidad dentro de la ley para coartar las fœltaades de los Reverendos Prelados obligándolos á invertir precisamente en Establecimientos públicos de Beneficencia, los productos de que se trata:

Considerando que la citada circular de la ordenacion de Pagos coarta la libre facultad que las disposiciones concordadas con la Santa Sede conceden á los Reverendos Prelados:

Considerando que la ordenacion de Pagos, fundada en la repetida circular, ha dejado de aprobar las cuentas de inversion de los fondos del Indulto cuadragesimal con posterioridad al año 1874, habiendo aprobado las anteriores á esta fecha, constando en ellas entregas de cantidades á Establecimientos particulares de Beneficencia, sin que entonces opusiera obstáculo alguno aquella dependencia; y teniendo en cuenta, por último, que por la Real órden de 6 de Febrero de 1861, ratificada por la expedida por el Ministro de Hacienda en 29 de Junio de 1881 de acuerdo con el Consejo de Estado en pleno, se establece que se publiquen en la Gaceta las cantidades que entreguen los diocesanos á los Establecimientos de Beneficencia, y que si bien para este efecto es suficiente el medio propuesto por V. E. de remitir á la Ordenacion de Pagos de este Ministerio un estado de las cantidades aplicadas á dichos establecimientos, seria conveniente que los Reverendos Prelados dieran conocimiento á la Direccion general de Beneficencia de las cantidades que entreguen á los repetidos Establecimientos, ya sean públicas ó de fundacion particular á fin de facilitar al protectorado el ejercicio de la intervencion que legítimamente le corresponde en el exámen de las cuentas de las ins-

tituciones de carácter benéfico así públicas como particulares.

S. M. el Rey (q. D. g.) visto el informe de las Secciones de Estado y Gracia y Justicia, y de Gobernacion del Consejo de Estado, y de acuerdo con el Consejo de Ministros, ha tenido á bien resolver:

1.º Que los Reverendos Prelados están en su perfecto derecho al aplicar á los establecimientos benéficos que conceptuen más necesitados, ya sean públicos ó particulares, las tres quintas partes del producto del Indulto cuadragesimal, quedando, por tanto, sin efecto la circular expedida por la Ordenacion de Pagos por obligaciones del Ministerio en 31 de Diciembre de 1874.

2.º Que por la misma Ordenacion se proceda desde luego al examen y aprobacion en su caso de las cuentas rendidas por los Reverendos Prelados que se hallen pendientes por el solo reparo de no ajustarse á lo prevenido en la circular de que ha hecho mérito.

3.º Que por la Comisaria general de la Santa Cruzada, al enviar los estados que anualmente remite á la Ordenacion de Pagos de este Ministerio de los sumarios expendidos en las Diócesis, acompañe otro estado detallado de las cantidades que del producto de las tres quintas partes de Indulto cuadragesimal se haya aplicado á los Establecimientos de Beneficencia para su inmediata imprescindible insercion en la Gaceta, en cumplimiento de la Real orden de 6 de Febrero de 1861.

4.º y último. Que se invite y ruegue á los Reydos. Prelados á que exijan á los Administradores de los Establecimientos públicos de Beneficencia ó á los Patronos de fundaciones particulares á quienes entreguen alguna cantidad de los productos de Indulto cuadragesimal, recibo por duplicado el importe de lo que á cada uno faciliten, y remitan uno de ellos á la Direccion general de Beneficencia á fin de que la misma los tenga presentes al examinar las cuentas de los expresados Establecimientos.

De Real orden lo digo á V. E. para los efectos consiguientes.—Dios guarde á V. E. muchos años. San Ilde-

fonso 12 de Julio de 1882.—Manuel Alonso Martinez.—  
Sr. Comisario general de la Santa Cruzada.

---

## EX SACRA RITUUM CONGREGATIONE.

### CALAUGURITAN. ET CALCEATEN.

DECRETUM quoad festum s. Ioseph occurrentis a Dominica Palmarum....

Rmus. Dmus. Episcopus Calaguritanus et Calceatensis sacrae Rituum Congregationi sequens dubium resolendum humillime proposuit, nimurum:

Festum sancti Ioseph B. M. V. sponsi et Catholicae Ecclesiae patroni, quod ad ritum duplicis primae classis a sa. me. Pio IX elevatum fuit, occurrentis a Dominica Palmarum usque ad Feriam V in Coena Domini, ita ut festum Annuntiationis Deiparae absque praecepto Sacrum audiendi et a servilibus abstinendi transferatur, est ne transferendum iuxta rubricas Breviarii, vel praeponendum festo Annuntiationis?

Sacra vero Rituum Congregatio, referente Secretario, audita sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, rescribere censuit: *Affirmative ad priam partem; Negative ad secundam partem.* Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 8 Martii 1879.

### EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA.

Declarationes quoad eos qui à lege ieunii dispensantur ratione aetatis, laboris et affectae valetudinis.

Die 24 Februarii 1819 sacro Tribunal Poenitentiariae Apostolicae propositum fuit enodandum sequens

#### Dubium.

»An fideles, qui ratione aetatis vel laboris ieunare non tenentur, hieite possint in quadragesima, cum indultum concessum est, omnibus diebus indulto comprehensis,

»vesci carnibus et lacticiniis, per idem indultum permis-  
sis, quoties per diem edunt.»

»Sacra eadem Poenitentiaria sub die 24 Februarii 1819,  
re ponderata, censuit respondere: «*Posse*».«

Episcopus Salfordien. prae oculis habens praelatam re-  
solutionem, eidem s. Tribunalis s. Poenitentiariae sequens  
proposuit.

### Dubium.

»An ii qui ratione affectae valetudinis a lege iejunii  
dispensati sunt, possint iis diebus, quibus per indultum  
esus carnium concessus est, saepius per diem carnibus  
»vesci?»

Sacra eadem Poenitentiaria, mature ac diligenter per-  
penso proposito dubio, sub die 16 Martii 1882 responde-  
ndum censuit: «*Fideles, qui ratione affectae valetudinis  
a lege ieunii seu unicae comedionis eximuntur, licite  
posse, iis quadragesimae diebus, quibus esus carnium,  
per indultum permisus est, toties carnibus vesci, quo-  
ties per diem edunt.*»

Datum Romae in s. Poenitentiaria die 16 Martii 1882.

---

## EL CRONISTA DEL CLERO,

REVISTA QUINCENAL,

DIRIGIDA POR EL

**ILUSTRÍSIMO SR. DR. DON RAMÓN DE EZENARRO,**

AUDITOR-FISCAL DE LA ROTA,

con la colaboración de distinguidos escritores eclesiásticos.

---

### PROSPECTO.

---

Como ya bien lo indica el mero título de esta publica-  
ción, sus autores no abrigan el menor propósito de ejer-  
cer con ella influjo alguno directivo sobre la respetable  
clase á quien principalmente la dedican: sus aspiraciones

son mas modestas, como que se limitan á poner en noticia de esa misma clase, una ordenada crónica de los hechos que inmediatamente pueden interesarla, ya sean directamente conexos al ejercicio de su ministerio sagrado, ya á sus relaciones con el Estado y la sociedad civil.

Serán, pues, materia ordinaria de esta Revista, los documentos eclesiásticos, propiamente dichos, tales como Letras Apostólicas, Decretos de las Sagradas Congregaciones, y en general cualesquiera otros actos pertenecientes al cuerpo del Derecho Canónico. Tras estos documentos, ora literalmente reproducidos, ora en resumen, segun su respectiva importancia, insertaremos los actos legislativos ó gubernativos de la potestad secular, en sus relaciones con la Iglesia.

Nos proponemos igualmente dar resúmenes de cuanto durante cada quincena viéremos en los Boletines diocesanos y juzgaremos importante en comun al Clero, especialmente lo que pudiéramos llamar «movimiento eclesiástico».

Entra no ménos en nuestro propósito, anunciar, acompañadas de un breve juicio crítico, siempre que lo pudiéremos, con debido conocimiento de causa, obras ya publicadas ó que en adelante se fueren publicando, no sólo las pertenecientes á materias eclesiásticas, propiamente dichas, sino tambien á las notoriamente auxiliares de éstas, en particular la Historia y la Filosofía.

Con objeto de facilitar la adquisicion de estas obras, cada suscriptor recibirá *gratis* las que se expendieren, al precio de suscripción anual á la presente Revista, y constaren en el catálogo especial de Bibliotecas católicas. Respecto de todas las demás que anunciamos, tanto en lo relativo á su coste, como á las condiciones de pago, tenemos intencion de proporcionar á nuestros suscriptores todas las ventajas posibles.

Creemos suficientes estas indicaciones, para que se entienda juntamente lo modesto y lo útil de nuestra empresa. Para ampliarla conforme á nuestro propósito, dicho se está que recibiremos agradecidos, como honra y favor,

cúantas noticias, advertencias ó propuestas se nos comunicaren al efecto.

#### CONDICIONES DE LA PUBLICACION.

**EL CRONISTA DEL CLERO** se publicará por ahora dos veces al mes en cuadernos de 16 páginas en 4.<sup>º</sup>

Precio de suscripcion: un año, 1 peseta 50 céntimos.

La suscripcion da derecho á un libro, á elección del suscriptor, entre los del catálogo de Bibliotecas católicas, cuyo precio sea el de 1 peseta 50 céntimos, ó á que se descuente esta cantidad en cualquiera que se pida de los de dicho catálogo, si su precio es superior al indicado importe de la suscripcion.

El suscriptor que al terminar el año no hubiere pedido ningun libro á cambio de su suscripcion, recibirá uno á juicio de esta Casa.

DIRECCION: Sres. Tejado y Comp.<sup>a</sup>, LIBRERÍA CATÓLICA DE SAN JOSÉ, Arenal, 20, Madrid.

#### NECROLOGÍA.

Dia 17 de Agosto corriente falleció en Palma de donde era natural el ejemplar y apreciable sacerdote D. Miguel Barceló y Amengual ascrito á la Sta. Iglesia Catedral, habiendo ántes desempeñado el cargo de Coadjutor de Escorca, á la edad de sesenta y dos años.

Dia 22 del referido mes pasó á mejor vida en Inca, el presbítero D. Pedro Antonio Llabrés, sacerdote laborioso y desinteresado, y de gran estimacion entre los fieles de dicho pueblo.

A. E. R. I. P.

PALMA DE MALLORCA.

**Imprenta de Villalonga.**